

Damus insuper vobis & quibuslibet quinque vel pluribus vestrum, potestatem & mandatum speciale, ad omnia, chartas literas patentes & rescripta regia, de regionibus, provinciis, insulis vel terris in partibus exteris colonias deducuntibus concessa, vobis duci facienda, iisque inspectis, si que eorum surreptivè vel indebitè obtenta, vel per eadem, privilegia, libertates vel prerogativa nobis & corone nostre vel principibus exteris nociva & prejudicialia, indulta vel concessa fuisset, vobis quinque vel pluribus vestrum innotescat, ea secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie, revocari, jubere; ceteraque agendi, quæ ad regimen salutare & tutamen coloniarum predictarum & subditorum nostrorum in eisdem residentium fuerint necessaria; et ideo vobis mandamus, quod circa premissa, ad dies & loca que ad hoc provideritis, diligentes sitis intendentes prout decet, precipiendo etiam & firmiter injungendo, damus in mandatis omnibus & singulis prefectis provinciarum, in quas colonie predictæ deductæ sint vel fuerint, & singulis de coloniis ipsis & aliis quorum in hac parte interest, quod vobis in premissis sint intendentes, mandatisque vestris in eisdem obtemperantes & obedi- entes, quoties et prout ex parte vestra fuerint requisiti, sub periculo incumbenti.

In cujus rei &c.

Teste rege apud Westmonasterium decimo die
Aprilis.

Per ipsum Regem.

Damus

F I N I S.